



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 108. Josephus Archinto Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII Ptolomæus Jesuita, patria Etruscus
A. C. 1712. Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani
 super montem Cæliam. XI. Franciscus
 Maria Casinus Capuccinus, patria Aretinus,
 Concionator Apostolicus Presbyter Cardinalis
 tit. S. Priscæ. Postremo hos tres ideo selegit Pontifex,
*aliquam Religiosorum Ordinum bene de Ecclesia
 & orthodoxa religione meritorum rationem
 habuisse videatur.*

Præter hos adhuc quatuor alios sibi antea reservatos, die vigesima sexta Septembris evulgavit: hos inter primus erat Ludovicus Picus de Mirandula Patriarcha Constantinopolitanus tit. S. Sylvestri in Capite II. Joannes Baptista Archiepiscopus Bussius, Episcopus Anconitanus, Cardinalis tit. S. Mariæ in Ara Cæli. III. Petrus Marcellinus Corradinus Setinensis, Archiepiscopus Atheniensis Cardinalis tit. S. Mariæ Trans Tyberin. Hi tres Presbyteri erant Cardinales, sequens vero Cardinalium Diaconorum Ordini adscriptus erat Curtius Orighi Romanus Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica.

§. CVIII.

*Josephus Archinto Cardinalis
 mortuus.*

Luge-

Lugebat hoc item anno S. Collegium Sæc. XVIII.
 mortem quatuor Purpuratorum, A. C. 1712.
 quorum primus erat Josephus Archinto
 ex pervetusto Mediolanensium genere Guarnac.
 ortus. Hic Ingolstadii in Bavaria, Vit. Pontif.
 postquam in patria sua humaniorum li- t. r. p. 468.
 terarum cursum summa cum laude e- Vit. Card.
 mensus erat, utrique Jurisprudentiæ t. r. p. 160.
 operam navabat, tanto ingenii & in-
 dustriæ proventu, ut Doctoratus ho-
 nore insignitus, ingens sui nominis de-
 siderium relinqueret, in spem vero al-
 tiorum præclara animi divinatione e-
 rectus adolescentiam in literata pere-
 grinatione ad celebriora Europæ Athe-
 næa consumere statuit. Redux in pa-
 triam de capessendo Statu Clericali se-
 rio egit, eoque sine Romam contendit,
 ubi ab Innocentio XI. cui sanguine pro-
 pinquus erat, Prælati accensus, Bo-
 noniensi Legatione honoratus est: cum
 vero inde sine Pontificis venia sub ob-
 tentu gravissimæ expensæ discessisset,
 parum abfuit, quin adolescenti fortunæ
 nervum absunderet, ægre per Livium
 Odescalcum Pontifici reconciliatus, a
 quo tamen resecto gratiarum cursu Sedis
 Ap. Nuntius apud Etruscos, & ab Ale-
 xandro VIII. apud Venetos renuntiatus,
 pacis negotium apud Sabaudia Ducem
 promoveri jubebatur: Postea in Hi-
 spaniam missus, dum Carolus II. Rex
 Catho-

Sæc. XVIII. Catholicus gravissime decumberet, & lerter & quam citissime summo Pontifici referebat, quicquid circa Regni successionem a Regina & Optimatibus præcipue a Cardinale Portocarero ageretur: Simulabat sese Austriacæ parti addictissimum, reipsa tamen a Partibus Gallorum machinationibus assensit. Inde vero Romam revocatus primo Mediolanensi Archiepiscopo, postea ab Innocentio XII. Romana Purpura auctus, a Clemente XI. tanquam Legatus a Latere ad salutandam Philippo V. Sponsam Taurinum decernebatur. Paulopost ad suam Diæcesim reversus, Cæsareis Mediolanum occupantibus magnam pecuniarum vim numerare cogebatur, ibidem tamen Caroli III. Hispani Regis Sponsam, tertio post anno ipsum Regem ejus Meritum debito obsequio veneratus, eisdem ad Imperiale diadema electionem solemni Missæ Sacrificio, & decantato Hymno Ambrosiano celebrabat. Paulopost lethali morbo correptus, die decima Aprilis anno ætatis suæ sexagesimo primo Mediolani decessit. Commendatur ob magnam rerum gerendarum dexteritatem, Religionis studium singulare obsequium erga Sedem Apostolicam, cujus commoda, auctoritatemque tam strenue defendebat, ut

sub Cosma III. Etruriæ Rege immuni- Sæc. XVIII.
tatis Ecclesiasticæ vindex acerrimus, A. C. 1712.
& jurium Ecclesiasticorum, dignitatis-
que Apostolicæ Assertor egregius au-
diret.

§. CIX.

*Andree de Sancta Cruce Cardinalis
obitus.*

Alter ex Cardinalibus hoc anno de-
functis erat Andreas de sancta Cru-
ce patria Romanus, qui liberali edu-
catione, uti præclara ejus decebant
natalia, institutus, optimisque discipli-
nis imbutus, in Universitate Romana
Doctorali laurea donatus erat. Inter
Præsules Romanæ Curie cooptatus,
a Clemente X. Tiburitanæ civitatis Gu-
bernator, & ab Innocentio XI. Bono-
niensis Pro - Legatus ac demum ab
Alexandro VIII. sub titulo Seleuciensis
Archiepiscopi in Poloniam Nuntius
Apostolicus decernebatur, ubi præclara
sæ prudentiæ, integritatisque speci-
mina edidit. Hac legatione per sexen-
nium defunctus, Tanario ad Pur-
puram evecto, in ejus locum ad Cæsa-
rem Pontificius Legatus subrogatus est.
Arduam felici eventu provinciam admi-
nistravit, difficili præsertim tempore,
quo Cæsareus Orator Comes de Mar-
tiniz

Hist. Eccles. Tom. LXVIII.